



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Alexander M. S. Mellitus Epis. S. Robertus Ab. & S. Bona V. 24. Apr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

S. Alexander M. S. Mellitus Episc.
S. Robertus Ab. & S. Bonæ V. 24. Apr.



Præsentia Dei.

In omnibus vijs cogita Dominum,
& ipse diriget gressus tuos. Salomon.
Adesto Domine populo tuo, ut B.
Alexandri M. tui (B. Melliti conf. &
Episc. B. Roberti Ab. & Bonæ V. tuæ)
merita præclara suscipiens ad impe-
trandam misericordiam tuam semper
eius patrocinij adiuuemur. Per D. N.
I. Chr. &c.

Ora pro Catechizantibus, &

1. S. Alexander M. in persecutione
Antonini veri, post carceris custodi-
am, primo ita laniatus est, ut costarum
crate soluta per verberantium crude-
litatem, interiora corporis pandere-
ntur. Deinde Crucis affixus patibulo
idem beatum spiritum exanimatus
emisit.

2. S. Mellitus Episcopus à B. Gre-
gorio Magno Papa Romano in Ang-
liam missus Apostolico spiritu orien-
tales Saxones & Regem eorum ad
fidem conuertit.

3. S. Robertus I. casæ Dei Abbas,
Aruernus ex Canonico Monachus,
in desertum cum duobus sociis seces-
sit, & adeo sanctè vixit, ut ante finem
vitæ 300. Monachorum Pater sic effe-
ctus. Obijt A 1055. Eodem die S. Bo-
næ Pisanae V memoria celebratur,
quæ vitā in SS. Locorū repetita vili-
tatione consumpsit, & multos in viā
salutis æternæ direxit, obijt A, 1208.